

בראשית

HOC EST

LIBER GENESIS

AD

MAJOREM DEI  
GLORIAM

IN PUBLICA EXERCITATIONE  
HEBRAICO-SCRIPTURISTICA

ANALYTICE, HISTORICE,  
DOGMATICE, ETHICE, AC  
POLEMICE EXPONENDUS

PRÆSIDE

P. JACOBO HARDMANN, S. J.

Ss. Scripturarum, Polemicæ, ac Lin-  
guæ Sanctæ in Alma Universitate  
Wirceburgensi Professore  
Publico & Ordinario,

A

M. GEORGIO WIESNER, Soc. JESU.

Ss. Theologiæ Auditore.

*Wirceburgi in Auditorio Theologico Die 6.*

*Februarii 1760. à medio 2dæ pomeridianæ.*



WIRCEBURGI,

Typis Viduæ Joann. Jacobi Christoph. Kleyer,  
Universitatis Typographi.

et Wolffg. Christoph. Kohles, p. t. Factorem.



## §. I.

*Author & Argumentum Libri.*

**בְּרֵאשִׁית** Hebraice à prima v  
 libri, græcè Γένεσις, est quinar<sup>us</sup> <sup>ius volu</sup>  
 nis, quod Judæis חומש, græcè <sup>πέντα</sup>  
 sonat, Liber primus, à Moyse &  
 liquæ quatuor partes תורה, dictante  
 scriptus, narrat mundi creationem, pri  
 Parentum lapsum & pœnam, Abelis nec  
 diluvium; excidium Sodomæ; gesta pri  
 rum Patriarcharum usque ad mortem Jos  
 per annos 2369, quos ita computamus j  
 chronologiam Hebræorum, illi Græco  
 meritò præferendam:

*Chronologia ab Adam ad diluvium:*

Adam genuit	Anno	130
Seth		105
Enos		90
Cainan		70
Malaleel	} <i>Ætas</i> <i>Mundi</i> <i>Prima.</i> }	65
Jared		162
Enoch		65
Mathusalem		187
Lamech		182
Noe		500
Diluvium		10

Summa 1

*Chronologia à diluvio ad vocationem  
Abrahæ.*

Sem genuit anno à diluvio		2.C.II.V.10.
Arphaxad (mediante Cainan) anno ætatis	35.	V. 12.
Sale	30.	V. 14.
Heber	} Ætas mundi secunda. }	34. V. 16.
Phalech		30. V. 18.
Reu		32. V. 20.
Sarug		30. V. 22.
Nachor		29. V. 24.
Thare (mediantibus Arane & Nachore)	130.	
Abraham egreditur ex Haran anno vitæ	75.	C. 12. V. 4.

Summa 427.

Adde annos ad diluvium 1656.

Summa summarum 2083.

*Chronologia ab egressu Abrahæ ex Haran  
usque ad mortem Joseph.*

Abraham genuit anno ab egressu		25.
Isaac anno ætatis	} Ætas mundi tertia. }	60. C. 25. V. 26.
Jacob descendit in Ægyptum anno ætatis		130. C. 47. V. 9.
Jacob moritur, cum in Ægypto vixisset		17. V. 28.
Joseph moritur anno ab obitu Patris		54. C. 50. V. 25. C. 41. V. 46. C. 47. V. 28.

Summa 286.

Adde 2083.

Summa summarum 2369.

§. II.

*Sectiones, Capita & Versus.*

Judæi capitum distinctionem non habent, sed eorum loco dividunt suos libros in Sectiones majores & minores; in סדרים ordines; & in פסוקים five versus; insuper & in fine cujuslibet sententiæ, præter accentum Regium distinguentem, ponunt duo puncta majora, idem ac punctum apud Latinos, significare solita. Sectiones denotant literæ Hebraicæ פ & ס, hoc est, פתוחה Sectio aperta; & סתומה Sectio clausa. פ פ פ & ס ס ס indicant ordinem five Sectionem maximam; & literæ Hebraicæ minores juxta adpositæ, quota sit illa Sectio, numerat. Triplex ס præter Sect. max. notat etiam respectivè minorem, quæ alias simplici ס indigitatur: sicut ternum פ mediam quandoque simul includit, unico cæteroquin פ efferri consuetam. In tales ordines five Sectiones maximas LIV. dividitur Pentateuchus, ideò, ut lectâ quot sabbathis Sectione unâ in Synagogis, tota per annum quinque volumina absolvantur; Si quidem tot sunt hebdomadæ in anno intercalari Judæorum.

In Genesi duodecim occurrunt. 1. Est א. בראשית ab initio usque ad c. 6. v. 8. 2. ב. Noe vero c. 6. v. 8. 3. ג. לך לך Exi de terra tua c. 12. v. 1. 4. ד. וירא & apparuit illi Dominus c. 18. v. 1. 5. ה. ה' שרה Et fuerunt anni Sara c. 23. v. 1. 6. ו. תולדות Hæ

Hæ quoque sunt generationes Isaac c. 25. v. 19.  
 7. 7. ויצא Igitur egressus Jacob c. 28. v. 10.  
 8. ח. וישלה Misit autem & nuncios ante se  
 ad Esau c. 32. v. 3. 9. ט. וישב Habitavit  
 autem Jacob in terra Chanaan cap. 37. v. 1.  
 10. י. מצא Post duos annos vidit Pharaon som-  
 nium c. 41. v. 1. 11. יא. ויגש Accedens  
 autem propius Judas c. 45. v. 18. 12. יב.  
 ויהי Et fuit Jacob in Ægypto annis 17. c. 47. v. 28.

In locum harum Sectionum successit hoc  
 tempore distinctio Caputum & Versuum.

Capita Genesis habet 50, quorum argu-  
 menta memoriæ causâ his versibus compre-  
 henduntur:

- |               |              |             |            |          |
|---------------|--------------|-------------|------------|----------|
| 1.            | 2.           | 3.          | 4.         | 5.       |
| Sex,          | Prohibet,    | Peccant,    | Abel,      | Enoch, & |
| 6.            | 7.           | 8.          | 9.         | 10.      |
| Arca fit,     | Intrant.     | Egreditur,  | Dormit,    | Varian-  |
| 11.           | 12.          | 13.         | 14.        | 15.      |
| tur,          | Turris,      | & Abram.    | Loth,      | Reges,   |
| 16.           | 17.          | 18.         | 19.        | 20.      |
| Fuga,         | Circumcisio, | Risus.      | Sulphur,   | Rex Ge-  |
| 21.           | 22.          | 23.         | 24.        | 25.      |
| raræ,         | Parit,       | Offert,     | Sara,      | Rebecca. |
| 26.           | 27.          | 28.         | 29.        | 30.      |
| Post Ge-      | minos,       | Putei,      | Benedicit, | Scala,   |
| 31.           | 32.          | 33.         | 34.        | 35.      |
| Sorores.      | Virgas,      | Abscedit,   | Luctatur,  | Gratia,  |
| 36.           | 37.          | 38.         | 39.        | 40.      |
| Dina.         | Benjam,      | Gens Esau,  | Vendunt,   | Thamar,  |
| 41.           | 42.          | 43.         | 44.        |          |
| Impia,        | Trestres.    | Præficitur, | Veniunt,   | Redeunt, |
| 45.           | 46.          | 47.         | 48.        |          |
| Post tristia, | Noscunt.     | Omne genus, | Quintam,   | Languet, |
| 49.           | 50.          |             |            |          |
| Benedictio,   | Joseph.      |             |            |          |

Summa versuum Libri totius est 1534. Medium versuum est c.27.v.40. Et de gladio tuo vives: Id quod in fine Libri addere solent Hebræi moderni sic: סכום פסוקי רספר בראשית אלף וחמש מאות ושלשים וארבעה: וחציו ועל-חרבך החיה:

## §. III.

*Sensus Vulgatæ ambigui ex Hebræo fonte explicati.*

**C**Aput II. v. 15. *Ut operaretur & custodiret illum.* S. Aug. l. 8. de Gen. ad lit. ambiguè sonat, inquit, an homo excoleret Paradisum, an Deus hominem? Sed tollit ambiguitatem omnem textus Hebræus: לעבדה ולשמרה: nempe גן Hebræis fœm.

**C.** III. v. 17. *Maledicta terra in opere tuo:* Opera hic non ruris colendi, inquit S. Hier. in qq. Gen., Sed peccata significant: Et confirmat Heb. בעבורך hoc est, *propter te*, nisi legendum sit voce simillima בעבורך *in opere tuo.*

**C.** XXI. v. 19. *Deditque (Agar) puero bibere,* v. 20. *& fuit cum eo.* Quis? Agar? Sic quidem videtur: sed Hebr. addit clarè: ויהי אלהים & fuit Deus cum puero.

**C.** XXIV. v. 3. *Ut adjurem te per Dominum* שביעך te jurare faciam ביהוה in Domino.

**C.** eod. v. 24. *Filia sum Bathuelis, Filii Melchæ, quem peperit ipsi Nachor.* Melcha an Pater, an Mater? Nachor an in Nominativo dicitur peperisse, an secus? Hebr. rem explicat

plicat לַנְּחֹרִי ipsi Nachori, adeoque Melcha fuit mater seu avia Bathuelis.

C. XXXVI. v. 8. *Habitavitque Esau in monte Seir; ipse est Edom.* Quis est Edom? Mons Seir? ita videtur, quia est ultimum substantivum: Sed ex Heb. עֶשָׂו הוּא אֶדוֹם Esau ipse est Edom.

C. XXXVIII. v. 2. *Vidit filiam hominis Chananæi, vocabulo Sua.* Non filiam, sed hominem Chananæum, Sua vel Sue, vocatum patet ex Heb. שְׂמִי nomen ejus viri, non שְׂמָה nomen ejus fœm.

Unde v. 12. *Mortua est Sua uxor Judæ,* subintellige, Filia Sue: בַּת-שׁוּעִי

C. XLIV. v. 20. *Ipsam solum habet mater sua.* Nunquid Rachel Benjaminæ mater pridem mortua erat? Expl. Heb. וְיִוְתָר הוּא לְבָרִוֹ Ipse solus remansit &c.

C. XLVI. v. 18. *Hi filii Zelphæ . . . & hos genuit Jacob.* To genuit ad Zelpham referri, ita ut Jacob sit Dativus, manifestat וְהֵלֵךְ אִתָּהּ אֵלֶּה לִיעֶקֶב:

Idem dic versu 22.: *Hi filii Rachel, quos genuit Jacob: & v. 25. Et hos genuit Jacob.*

C. eod. v. 26. *Cunctæ animæ egressæ de femore ejus.* Animam hîc sumi pro toto homine, patet ex Heb. בְּלִ-הַנֶּפֶשׁ יֵצְאִי omnis anima exeuntium de femore: consentit Græc. πᾶσαι ψυχαι οἱ ἐξελθόντες.

C. L. v. 22. *Et vidit Ephraim filios usque ad tertiam generationem.* Non dicitur, quod ipse Ephraim viderit; nam Hebr. הִירָא

וַיִּרְאֵהוּ יוֹסֵף לְאֶפְרַיִם & vidit Joseph ipsi Ephraim  
(Ephraimi) filios.

§. IV.

*Lectiones variantes inter se comparatæ.*

**C**Aput III. v. 15. *IPSA* conteret caput tuum, & *IPSE*, utrumque sustinet Hebr. contra Calvin. : nam וְהָיָה frequentissimè ponitur pro הָיָה, ut ex hujus ipsius cap. v. 12. patet. Nec obstat וַיִּשָׂא & תִּשָׂא. Nam circumstantiæ rem satis determinant ad usum Hebræis frequentissimum, ut Esth. 1. v. 20 Ex. 2. v. 17. ex quo ultimo loco etiam ratio redditur, cur sustineri possit תִּשָׂא positum esse pro תִּשָׂא *insidiaberis calcaneo EꝞUS, fam.*

**C. VIII. v. 7.** *Noë dimisit corvum, qui egrediebatur, & non revertebatur.* Hebr. וַיֵּצֵא יִצְחָק וַיִּשָׂב & egressus est exeundo & revertendo: intellige, non in arcam, sed quandoque propius ad arcam. Cum Vulgata consentiunt LXX.

**C. eod. v. 21.** *Et ait:* addit S. Hier. *ad eum,* sicut & hodieum in multis Bibliis legitur. Hebr. habet אֵל לִבּוֹ ait in corde suo. LXX. ait recogitans: Ex quibus *to ad eum,* intellige, *ad se.*

**C. X. v. 21.** *De Sem quoque nati sunt . . . fratre Japheth majore.* Hebr. & Græc. legunt: fratre Japheth majoris, quam lectionem etiam probat historia; nam ex c. 5. v. 31. Noë cum 500. esset annorum cœpit generare; anno autem 600. venit diluvium; Si ergo Sem fuisset primogenitus, debuisset tum fuisse 100. annorum, quod falsum, siquidem ex c. 11. v. 10. Non



non nisi duobus post diluvium annis fuit annorum 100.; Cham autem sine dubio fuit natus minor. & Japheth fuit verè natus major: qui Vulgatam volunt defendere quoad hoc mendoc vacuam, dicunt, Sem vocari majorem dignitate, quia ex eo natus sit Messias.

C. XVII. v. ult. *Et omnes viri domus illius tam vernaculi, quam emptitii & alienigenæ pariter &c.* Hebr. מאת בן-נבר Græc. Chald. habent, *quàm emptitii ab alienigenis*, & favet ratio, quia & emptitii erant alienigenæ; imo & vernaculi, licet non empti, sed domi nati. & Sensus est utrobique idem, nam το & alienigenæ non denotat novum genus hominum diversum ab emptitiis; & licet vernaculi etiam essent alienigenæ, stat tamen bonitas divisionis *tam, quam*, quia vernaculi erant domi nati. Fatendum tamen, fontes hinc esse clariores; per quod Vulgatæ nihil detrahitur.

C. XXIV. v. 32. Hier. vertit: *Dedit aquam ad lavandos pedes camelorum & virorum*; sed juxta Hebr. & Græc. rectè legitur hodie in Vulgata: *Dedit aquam ad lavandos pedes ejus, & virorum &c.*

C. XXX. v. 35. *Cunctum autem gregem unicolorum tradidit in manu filiorum suorum.* At qui convenerat inter Laban & Jacob, ut hic pasceret unicolores? Nec solvit difficultatem, si dicatur subintelligi debere, tradidit in manu, hoc est, per manum δια χειρος filiorum suorum Jacobo; nam v. 36. statim additur, Jacobum pavisse reliquos greges? Minus valet,

quod quidam per το filiorum velint intelligi filios Jacob; præter dicta enim filii Jacob tum erant infantes adhuc: quid ergo? R. Hebr. Græc. & Chald. rem aliquantò clariùs enuntiant dicendo: Laban separavit varios nempe seorsim, & seorsim unicolores: Et dedit in manu filiorum suorum (nempe ex pascuo prævio varios: & . . . . Gener pascebat reliquos greges, utique albos ex toto, vel ex toto nigros, sicut convenerat: In textum Vulgatæ non immeritò suspicatur Bellarminus mendum irrepsisse, vitio Librariorum vel scioli alicujus, omisâ particulâ non, ita ut legi debeat, cunctum autem gregem non unicolorem; quod innuere videntur verba addita, id est albi (simul) & nigri coloris.

C. 31. v. 48. Idcirco appellatum est nomen ejus Galaad, id est, tumulus testis. Sequitur immediate v. 49. Intueatur & judicet Dominus &c. Vulgata omittit, quod Hebr. habet: appellatum est nomen ejus Galaad & Maspha, fortè quia in v. 49. significatio τὰ Masphatis visio à ἴδω speculari, sive intueri, factis declaratur, dum dicitur, intueatur Dominus &c.

C. 47. v. 31. Adoravit Israel Deum conversus ad lectuli caput. LXX Προσκύνησεν Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ ἀκροῦ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, adoravit fastigium virgæ ejus: Consentit Paul. Hebr. 11. v. 21. R. הִשָּׁתַּחוּ sine punctis vocalibus utramque lectionem sustinet: dicendum ergo utrumque sensum à Spiritu S. intentum: adoravit nempe

nempe Israel Deum versus ad orientem, ut & Lutherus fatetur; & deinde conversus ad fastigium Sceptri honoravit Joseph, hujusque somnium implevit c. 37. v. 9. Quod exemplum adducunt etiam PP. C. Nic. II. Non virgæ, sed tenenti eam honoris & dilectionis exhibuit affectum.

C. L. v. 19. *Num Dei possumus resistere voluntati?* Infert Calvinus, tam peccatum fratrum, quam virtutem Josephi fuisse ex mera & ineluctabili necessitate contra Hebr. הַתַּחַת אֲנִי אֱלֹהִים *Annon sub Deo ego?*

## §. V.

*Falsificationes Lutheri & ejus sequacium.*

Caput I. v. 1. *In principio creavit... terram:* Luth. Am Anfang schuff Gott: pergit versio Wertheimens. alle Welt. Körper und unsere Erd selbst. v. 2. *Et Spiritus Domini.* Luth. Und der Wind Gottes. v. 26. *Faciamus hominem.* אָרָא Luth. Laßt uns Menschen machen.

C. II. v. 7. *Spiravit in faciem ejus spiraculum vitæ.* באַפֵּי בְשָׁמָה Luth. Und blies ihm einen lebendigen Odem in seine Nasen. *Et factus est in animam viventem.* וַיִּבֶן Luth. Und also war der Mensch eine lebendige Seel.

C. III. v. 1. *Cur præcepit vobis Deus?* תָּרַוּ? Luth. Ja sollte Gott gesagt haben? v. 15. *Ipsa conteret caput tuum.* Luth. Und derselbe Saamen soll dir den Kopf zertreten.

C. IV. v. 1. *Possedi hominem per Deum.* Luth. Ich hab den Mann den Herrn Jehova: Versio Werth. Gott sey Lob und Danck, daß

es ein Sohn ist. *v. 7. Nonne si bene egeris, recipies, sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit, sed sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius.* Luth. Ist's nicht also? wann du fromm bist, bistu angenehm; Bistu aber nicht fromm, so ruhet die Sünd vor der Thür? Aber lasse du ihr nicht ihren Willen, sondern herrsche über sie. *v. 13. Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear.* Piscator: Meine Straff ist grösser, als daß ich sie ertragen könne. *v. 26. Ille cepit invocare nomen Domini.* Luth. Zu derselben Zeit fieng man an zu predigen von des HErrn Nahmen *contra suam ipsius versionem.* Psalm. 80. v. 3.

C. V. v. 3. *Non permanebit Spiritus meus in homine in aeternum.* Luth. Die Menschen wollen sich von meinem Geist nicht mehr straffen lassen.

C. XIV. v. 18. *Melchisedech Rex Salem proferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, benedixit ei.* Luth. Melchisedech der König von Salem trug Brod und Wein herfür (in Glossa marg. addit, nicht daß er opfferte, sondern daß er die Gäst speiset und ehret) und er war ein Priester des Höchsten, und seegnet ihn.

C. XIX. v. 26. *Respicens uxor ejus post se, versa est in statuam salis.* Vers. Werth. Loth's Frau blieb zuruck, und sahe sich ein weil um, wurde aber von dem Feuer ergriffen, und lag nachgehends da, vom Harzigen Dampf angelauften und erstarrt, wie ein steinernes Bild.

C. XXIV. v. 2. *Protulit vir in aures aureas:* Luth. Er nahm ein gulden Spangen (in Glossa

Glossa addit) das sagen wir Deutsche die Sau  
gecrönt; *Inde diadema Regum & Lamina sum-  
mi Sacerdotis &c.*

C. XXXVI. v. 24. *Qui invenit aquas cali-  
das* מים ימים Luth. Der Maulsferd erfunde.

C. XXXVII. v. 35. *Descendam ad filium  
meum lugens in infernum,* שאלה Luth. In die  
Gruben. Calv. In das Grab.

C. XLVIII. v. 16. *Et invocetur super eos  
nomen meum.* ויקרא בהם שמי Luth. Daß sie  
nach meinem Nahmen genennt werden.

§. VI.

*Antilogiæ solutæ, & nonnulla alia, ad speciem  
minus coherentia, inter se conciliata.*

Cap. I. v. 3. *Fiat lux ... v. 4. & divisit lu-  
cem à tenebris.. v. 5. dies unus.* Videtur pu-  
gnare cum v. 14. usque 19. ubi die 4tâ dicuntur  
facta duo luminaria, ut dividerent lucem à te-  
nebris. Idem Beda, Hugo, S. Thom. Bonav.,  
Lucem primo die creatam habuisse se instar  
materiæ, ex qua postmodum divisa & forma-  
ta sol cum cæteris astris fuerit procreatus.  
Unde & solvitur alia antilogia apparens ex hoc  
capite, comparato cum illo Eccli 1. ubi dicitur,  
Deum omnia *simul* creâsse; Nam revera pri-  
mo die creavit Deus materiam sive substan-  
tiam rerum omnium; reliquis diebus eandem  
formavit & determinavit ad hos illosque mo-  
dos, virtutes & effectus &c. Alii aliter.

C. II. v. 2. *Complevit Deus die 7mo opus suum, quod fecerat: Et tamen ibidem requievit die septimo ab universo opere: Item Exodi 20. v. 11. sex diebus fecit omnia. R. Complevit cessando, non perficiendo: ויבל* debet exponi sicut ופע exponitur à Vulgata, nempe compleverat, quæ fecerat; unde LXX ουπερ-λασεν εν τη ημερα τη εκτη perfecit die 6ta opera sua. C. III. v. 14. *Terram comedes & super pedus tuum gradieris.* Nunquid & hoc verum erat ante hanc maledictionem, utpote serpenti planè naturale? R. Quod antea erat naturæ, hoc confirmatur in pœnam & infamiam: fere sicut mors, homini ex elementis contrariis composito semper naturalis, hodie est pœna peccati; Et iris, antea naturalis, post diluuium cœpit esse signum pacti Gen. 9. v. 16; præcipuè quia serpens in amicitiam hominis conatus erat irrepere, & erectus à diabolo in os scæminæ, ut vult Corn. à Lap., intuitus, esum pomi persuasit, ideoque nunc calcaneum intuetur, eique insidiatur, ait Delrio. C. VI. v. 3. *Eruntque dies illius 120. annorum.* Vel hic terminus vitæ statuitur singulis hominibus, quasi nemo deinceps hos annos vivendo sit excessurus, ut putant Josephus, Philo, Rupertus, Abul.? vel indicatur tempus futuri diluuii? Non primum, quia ex c. 11. constat, plures vixisse diutiùs. Non alterum, quia nonnisi centum anni ad diluuium usque numerantur ex cap. 7. v. 6. R. det S. Aug. verba citata fuisse à Deo dicta anno Noë 480., 20. quippe annis ante nativitatem primogeniti ex Noë, quæ utique anno 500. ætatis Noë, & 100. ante diluuium contigit: licet S. Hier. Chrysoft. & alii velint hæc dicta 100. annis ante diluuium, adeoque eos 120. annos fuisse ob flagitia hominum decurtata. C. IX.

25. *Maledictus Chanaan.* V. 22. non Chanaan, sed  
 ham pater peccasse dicitur? R. Hæc spiritu Prophe-  
 co dicta fuisse à Noë, verba sequentia indicant: *Servus*  
*trivorum erit*: quæ & ita Moyses propter Chananæos à  
 Judæis exsecrandos scripsit: Cham igitur punitur in suis  
 posteris paternæ impietatis hæredibus; præterquam quod  
 Theodor. cum Hebræis tradat, Chanaan, doli jam tum  
 impacem, vidisse primò avum suum nudatum, idque  
 patri, à quo non fuerit reprehensus, indicasse. C.  
 IV. v. 13. Servitutis Ægyptiacæ dicuntur anni 400.;  
 Exodi 12. v. 40. 430. R. debet Defendens.  
 C. XLVI. v. 26. *Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum*  
*Jacob in Ægyptum, . . . sexaginta sex.* V. 27. Omnes  
 animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum,  
 erunt septuaginta: Et LXX Interp., atque ex his S.  
 Stephanus Act. 7. v. 14. numerant 75. animas? R. V.  
 17. Etiam Jacob ceu caput, & Joseph cum 2. filiis E-  
 phraim & Manasse annumerantur: His addunt LXX  
 quinque alios filios seu nepotes, quos & recensent.

## §. VII. Dogmata Catholica.


**D**atur Deus rerum omnium Conditor, *contra*  
*Atheos* Cap. I. v. 1. II. Est unus in essen-  
 tia & trinus in Personis, *ex textu Hebr.* ibid. & Cap.  
 XIX. v. 24. *contra Jud. & Arian.* III. Ante Adam  
 non fuere alii homines, *contra Præadamitas.* N. 20. & C.  
 VII. v. 23. IV. Admittenda est religio libere à Deo  
 revelata, *contra Theist.* C. II. v. 16. V. Christus Mes-  
 sias Deus & homo, intemeratæ Virginis filius, promif-  
 sus C. III. v. 15. *contra HH.* VI. Pridem advenit  
 C. XLVIII. v. 10. *contra Jud.* VII. Angelos licet  
 venerari & invocare, C. XIX. v. 1. & C. XXXII. v.  
 4. VIII. Et Sanctos, C. XLVIII. v. 16. IX.  
 Nec prohibentur imagines, *ut vult Calv.* ex C. XXXV.  
 2. X. Datur in statu naturæ lapsæ libertas in-  
 differentia, C. IV. v. 5. & 7. Item C. VI. v. 5. &  
 XIII. v. 9. Nec obstat C. L. v. 19. *ut vult Calv.*  
 Mors est vera pœna peccati, C. III. v. 17. 18.  
 XII. Per circumcisionem deletum fuisse pecca-  
 tum

tum originale æquè ac hodie per Baptismum, non p  
batur ex C. XVII. v. 14. XIII. In statu naturæ lar  
dantur adhuc verè iusti, C.V. v. 22. & 24. C.VI. v.  
XIV. Justus potest peccare & perdere iustitiam, C.  
v. 26. & C. III. v. 6. & 17. XV. Dantur opera  
pererogatoria, non præcepta, Deo tamen grata,  
VIII. v. 20. & C. XXVIII. v. 20. XVI. Conju  
um esse præceptum singulis, nec ex C. I. v. 28.,  
ex C. IX. v. 1. evincunt hodierni Protestantes.

§. VIII. *Quæstiones Historico - Chronologico -  
Ethico - Theologicae.*

**C**Ap. II. v. 26. Abraham utrùm Anno Thare  
an. 130. genitus, adeoque an sit primogenitus  
nec ne? C. XII. v. 13. An peccaverit vocando Sa  
ram sororem suam, utque ipsa hanc se diceret per  
dendo? Idem fere est de Isaac C. XXVI. v. 7. C.  
XIV. v. 18. Melchisedech an fuerit Spiritus sanctus,  
Melchisedechiani, an Angelus, aut Filius Dei, ut a  
cum Cuncto fabulantur, an verò homo ab Adamo de  
scendens, Rex & Sacerdos, verè sacrificans tunc, qua  
do panem & vinum protulit, quod cum Luthero su  
Pfaffius negat? C. XV. v. 13. 400. anni servitut  
quomodo numerandi, quin contradicatur Apostolo  
Gal. 3. v. 16. C. XVIII. v. 12. Sara ridens occul  
& dicens, num verè paritura sum anus? an à gra  
peccato diffidentiae excusanda? an item à mendac  
levi negans se risisse? v. 15. C. XXVII. v. 19. I  
cob dicendo. Ego sum primogenitus tuus Esau.  
C. XXX. v. 37. Tollens virgas populeas, . . . pone  
que ante oves, ut maculosas conciperent; an & qu  
modo peccaverit? C. XXXI. v. 19. Rachel furt  
idola patris sui an ab idololatria; an item & a me  
dacio excusanda v. 35.? C. XXXIV. v. 25. Simeon  
& Levi excidio urbis vindicantes oppressionem Dini  
an peccaverint? Si non: cur à patre objurgantur v. 27.  
Si ita: quomodo hoc factum laudatur a *Judith.*  
cap. 9. v. 2.?





smum, non p  
atu naturæ la  
& 24. C.VI.  
iustitiam, C  
antur opera  
men grata,  
XVI. Coni  
C. I. v. 28.,  
testantes.

*Chronologica-*

anno Thare  
primogenit  
erit vocando  
e diceret per  
KVI. v. 7.  
piritus sanct.  
ius Dei, ut  
o ab Adamo  
cans tunc, qua  
m Luthero  
anni servit  
catur Apolto  
a ridens occ  
nus? an a gr  
em à mend  
VII. v. 19.  
s tuus Esau  
eas, .. . pon  
nt; an &  
. Rachel in  
item & a m  
. v. 25. Sim  
cessionem De  
ojurgantur  
atur a *Juda*